443

E

64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

MicroChamber ® Beschermd KB

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Kw 443
E64

A C T A
Synodi NATIONALIS
In nomine Domini Noſtri
JESU CHRISTI,
Authoritate
Illuſtr. & Præpotentum DD. Ordinum Generalium Fœderati Belgii Provinciarum,

Dordrechti Habitæ.

Anno cIↄ Iↄc XVIII. & XIX.

Poſt dimiſſionem Theologorum Exterorum, vulgo POST-ACTA.



HAGÆ-COMITIS,
Apud Hillebrandum à Wouw, Celſorum & Præpotentum Dominorum Ordinum Generalium Ordinarium Typographum.
Anno 1668. *Cum Privilegio.*

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Amice Lector.

H*Æ paginæ tibi exhibent*, ***Acta Synodi Nationalis***, *poſt dimiſſionem Theologorum Exterorum, vulgo dicta poſt-acta, huc uſque deſiderata, & magnâ curâ ab omnibus Synodis, Claſſibus, earumque membris quæſita. Cum jam ex decreto Illuſt. & Præpotentum* DD. Ordinum Generalium, *authentica Synodi Nation. ſcripta, Hagæ ſub cuſtodia dictorum Illuſt. DD. Ord. aſſervata, hoc anno viſitarentur, diligenterque inſpicerentur, ecce, inveniuntur dicta poſt-acta, quæ jam ex conceſſione Illuſtr. ac Præpotent. DD. Ord. Gener. ad petitionem Deputat. omnium Synodorum & Eccleſiarum Fœderati Belgii Provinciarum, juxta exemplar, manu* D. Feſti Hommii P. M. *Synodi Nation. Scribæ, exaratum, in lucem prodeunt, ſub curâ & inſpectione Illuſtr. ac Præpotent. DD. Ordin. General. Delegatorum,* DD. Henrici Schotani a Starringa, & Johannis a Schrieck; *Ut &* Godefridi Lamotii, & Petri Platevoet, *dicti Plancii, Deputatorum omnium Synodorum Præſidis & Scribæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

ACTA
Synodi Nationalis
Dordrechtanæ,
poſt dimiſſionem Theologorum Exterorum.

Seſſione Centeſima L V.
XIII. May, die Lunæ ante meridiem.

PRopoſitum fuit hanc eſſe Illuſtriſſ. DD. Delegatorum voluntatem, ut Canones Regiminis Eccleſiaſtici in poſtremâ Synodo Nationali conſtituti, ab hac Synodo revideantur atque examinentur.

Deputati Eccleſiarum Suyd-Hollandicarum petiverunt atque urſerunt, ut gravamina, ad doctrinam pertinentia, quæ adhuc reſtabant, priùs excuterentur, antequam ad tractationem eorum, quæ Eccleſiæ regimen ſpectant, perveniatur. D. Præſes promiſit illis, poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

de iſtis gravaminibus eſſe agendum, ubi tractatio de regimine abſoluta fuerit: ſub quâ conditione & promiſſione acquieverunt.

Prælecti fuerunt Canones Eccleſiaſtici Regiminis in poſtremâ Synodo Nationali, quæ Anno cIↄ Iↄ LxxxvI. Hagæ-Comitis conſtituti fuerunt.

Statutum fuit conferenda eſſe exemplaria Confeſſionis Belgicæ Latina, Gallica & Belgica; cum in editionibus omnibus varietas quædam in vocibus nonnullis reperiatur, ut in ſingulis hiſce tribus linguis ex omnibus editionibus unum formetur exemplar; quod poſthac pro authentico ſit habendum: atque in hac collatione imprimis attendendum eſſe ad exemplar illud, quod in Eccleſiis Gallo-Belgicis hactenus pro authentico fuit habitum. Huic labori deſignati ſunt Antonius Tyſius, Hermannus Faukelius, Daniel Colonius, Feſtus Hommius, & Godefridus Udemannus.

Seſſione Centeſima LVI.

Eodem die poſt meridiem.

Canones Regiminis Eccleſiaſtici, quod ad ſubſtantiam eorum attinet, ab omnibus ſingularum Provinciarum Deputatis Paſtoribus & Senioribus fuerunt approbati. Nonnulli declarabant in Provinciis ſuis habere ſe peculiares Canones Regiminis Eccleſiaſtici autoritate Ordinum ſuarum Provinciarum ſtabilitos, qui in ſubſtantiâ cum hiſce Canonibus conſentiant. Statutum fuit rogandos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

rogandos eſſe Illuſtres ac Præpotentes DD. Ordines Generales, ut placeat Illuſtriſſimæ ipſorum Amplitudini autoritate atque approbatione ſuâ hoſce Canones ſtabilire, quo paſſim in Eccleſiis Belgicis vigorem legum publicarum obtinere, & tanto ſtrictius ad Eccleſiarum pacem atque ædificationem obſervari queant.

Diſceptatum fuit de jure, quod vocant, Patronatus, an non aliquâ ratione illud aut penitùs ex Eccleſiis Belgicis tolli, aut ſaltem ita limitari poſſit, ut ne quid Eccleſia detrimenti patiatur. Illuſtres DD. Delegati monuerunt fieri nullo modo poſſe, ut hoc jus omninò tollatur: nunquam enim permiſſuros eſſe Illuſtriſſimos DD. Ordines, ut qui legitimâ hujus juris poſſeſſione fruuntur, ullâ conſtitutione Eccleſiaſticâ ab eadem priventur: ac proinde ut Synodus potius velit diſpicere de corrigendis ejus, ſi qui ſint, abuſibus, quàm de eo planè tollendo.

Seſſione Centeſima LVII.

XIV. May, die Martis ante meridiem.

Deliberatum fuit de æquis limitibus, quibus uſus juris Patronatus ita circumſcribatur, ut illo Patronis ſalvo relicto, ejuſdem uſus Eccleſiis minus poſſit præjudicare, utque abuſus, quantum fieri poterit, in poſterum præcaveri queant, Hunc in finem ſtatutum fuit Illuſtriſſimis & Præpotent. DD. Ordinibus Generalibus exhibendos eſſe ſequentes Articulos, rogandaſque eſſe Illuſtr. ipſorum Dominationes, ut eoſdem ſingulis Provinciis commendare dignentur.

I. Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

I. Ut jus Patronatus nemini permittatur, niſi qui coram Illuſtr. DD. Ordinibus clarè docere poſſit, ſe ejuſdem juſtam habere poſſeſſionem: ne Eccleſia ſervitutibus non neceſſariis temerè oneretur.

II. Ut Patronis non tribuatur aliud jus, quàm præſentandi perſonam habilem: cùm etiam ſub ipſo Papatu aliud jus non habuerint.

III. Ut Patroni proſpiciant Eccleſiarum Miniſtris de tali ſtipendio, quod juſtum ſit, & à ſimilibus Eccleſiarum Miniſtris percipitur: Neque permittatur unquam, ut cum quoquàm de ſtipendio ita tranſigant, quaſi eum conducerent, aut eum præſentent, qui quàm minimum mercedis pro miniſterio poſtulet.

IV. Ut præſentatio fiat intra duos, aut ad ſummum tres menſes, poſtquam Miniſterium vacare inceperit: ſin minus, iſtâ vice propter hanc negligentiam jure præſentationis eſſe privandos.

V. Ut Patroni præſentent talem perſonam, quæ ſit immunis ab omni ἑτεροδοξίας ſuſpicione, integræ vitæ, & talibus prædita donis, ut Eccleſiæ grata eſſe, & ſatisfacere queat.

VI. Ut Eccleſiis integrum ſervetur jus repudiandi perſonam præſentatam, ſi ejus aut dona aut mores Eccleſiæ non placeant; ne contra ipſius voluntatem Miniſter illi obtrudatur.

VII. Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

VII. Ut perſona præſentata atque ab Eccleſiâ recepta, poſtquam de ea Claſſi conſtiterit, porrò ſecundum Canones Eccleſiaſtici Regiminis in Claſſe examinetur, Eccleſiæ proponatur, & in miniſterio confirmetur.

VIII. Ut controverſiæ, ſi quæ fortè inter Patronos & Eccleſias ſuper hac præſentatione oriantur, componantur aut decidantur á Claſſe, aut à Synodo particulari.

IX. Ne permittatur Patrono poteſtas Miniſtrum à ſe præſentatum, & legitimè in miniſterio confirmatum, ſuâ ſolius autoritate, ſine Claſſis aut Synodi judicio, à munere ſuo removendi.

Seſſione Centeſima LVIII.

Eodem die poſt meridiem.

Propoſita fuerunt gravamina quædam. 1. De viſitatoribus Eccleſiarum, eorumque officio. 2. De Deputatis Synodorum Provincialium. 3. De Correſpondentiâ inter Synodos particulares ſingularum Provinciarum. 4. De Idiotarum ad miniſterium verbi promotione. 5. De ſuffragiis miniſtrorum in Claſſibus, an videlicet plures miniſtri ex unâ Eccleſia ad Claſſem venientes ſinguli in eadem ſuffragium habere debeant. 6. Denique de concipienda idonea formula ſubſignationis, Confeſſionis & Catecheſeos, poſthac ab omnibus Eccleſiaſtico munere fungentibus præſtandæ: de quibus omnibus inſtituta fuit deliberatio.

Seſſione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima LIX.

XV. May, die Mercurii ante meridiem.

Singula Collegia ſententias ſuas de propoſitis gravaminibus expoſuerunt: fuitque de iis potioribus ſuffragiis in hunc modum ſtatutum.

I. Singulæ Claſſes deputabunt nonnullos ex Paſtoribus ſuis minimum binos, ætate, experientia & prudentia maximè conſpicuos, qui quotannis omnes Eccleſias, tam illas quæ ſunt in urbibus, quam quæ in pagis, viſitent, & diligenter advertant, an Paſtores, Seniores, & Ludi magiſtri munere ſuo ſatis fideliter fungantur, in puritate doctrinæ perſiſtant, receptum in Eccleſia ordinem in omnibus obſervent, atque ædificationem Eccleſiæ, ſimulque etiam juventutis, pro virili ſua debitè verbis & operibus procurent: Ut eos, qui fortè in hac vel illa muneris ſui parte negligentiores deprehendentur, tempeſtivè & fraternè admoneant; atque ut omnia ad pacem, ædificationem, & bonum Eccleſiarum & Scholarum dirigantur, conſiliis & factis juvent. Liberum autem erit ſingulis Claſſibus hanc Provinciam viſitatoribus illis prorogare, quam diu Claſſibus viſum fuerit: niſi fortè viſitatores ipſi ob rationes graves, de quibus Claſſis judicabit, dimiſſionem petant. Art. 44.

II. Singulæ Synodi etiam deputabunt aliquos, ut omnia, quæ Synodus conſtituit, exequantur, tam apud ſupremum Magiſtratum, quàm apud ſingulas Claſſes, quæ ſub iſta Synodo comprehenduntur: ut quoque aut omnes ſimul, aut nonnulli ex ipſorum

numero,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

numero, omnibus interſint examinibus eorum, qui ad miniſterium verbi primùm admittentur: ac porrò in omnibus ſuborientibus difficultatibus, Claſſibus auxiliarem præbeant manum: quò concordia, ἐυταξία, & doctrinæ ſinceritas conſerventur ac ſtabiliantur. Atque hi Deputati omnium actorum ſuorum exactam rationem annotare, & Synodo, quandocunque exigetur, reddere debent. Neque ab iſthoc munere diſcedent, antequam ipſa Synodus eos dimiſerit. Art. 49.

III. Liberum erit unicuique Synodo correſpondentiam, quam vocant, petere atque obſervare cum vicina Synodo aut Synodis vicinis, eum in modum, quo ædificationi convenientius eſſe arbitrabuntur. Art. 48.

IV. Nulli Ludimagiſtri, opifices, aliique qui linguis, artibus & Theologiæ operam in Scholis non dederunt, ad miniſterium verbi ſunt promovendi, niſi de ipſorum ſingularibus donis, pietate, humilitate, modeſtia, excellenti ingenio, prudentia, atque etiam eloquentia certam habeamus cognitionem. Quandocunque igitur tales perſonæ promotionem ad miniſterium expetunt, priùs à Claſſe (ſi Synodo placeat) examinabuntur, & ſi in examine ſatisfaciant, juſtum aliquod tempus in formandis atque habendis ſacris concionibus privatim ſe exercebunt, ac deinceps cum illis agetur, prout ædificationi maximè conducere videbitur. Art. 8.

V. Eccleſia una ſi plures habeat Paſtores, illis omnibus erit integrum in conventibus Claſſicalibus ſimul comparere, & ſuffragia deciſiva dicere: niſi fortè ſint cauſſæ, quæ ſpeciatim ipſorum perſonas aut Eccleſias ſpectant. Art. 42.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

VI. Statutum fuit concipiendam eſſe accuratam aliquam formulam ſubſcriptionis, ſecundùm quam Eccleſiarum miniſtri Confeſſioni, Catecheſi, & Declarationi Synodicæ de quinque Remonſtrantium Articulis ſubſcribant, ut Orthodoxiam ſuam clarè teſtentur, & prava nonnullorum effugia circa ſubſignationem præcaveantur.

Propoſita fuerunt alia quædam Synodorum gravamina, ut proximâ ſeſſione de iiſdem ſingula collegia ſententiam ſuam declarent: ſc. 1. De paritate ſervanda in diebus feſtis, cantu Eccleſiaſtico, & adminiſtratione Baptiſmi parvulorum & adultorum. 2. De Baptiſmo ſacrificorum in hiſce regionibus oberrantium, Anabaptiſtarum & Excommunicatorum. 3. De benedictione matrimonii publica eorum, qui nondum ſunt Baptizati. 4. De correſpondentia cum exteris Eccleſiis atque imprimis Gallicis ſervanda. 5. De generali Conſtitutione Matrimoniali, quæ per omnes Provincias Fœderatas obſervetur. 6. De arctiori populi atque imprimis Cleri diſciplina.

Seſſione Centeſima LX.

Eodem die poſt meridiem.

Prælecta fuit Formula ex omnibus Collegiorum judiciis concepta de Ordine in Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ ſervando, de qua habitæ fuerunt deliberationes: cumque ea omnibus probari nondum poſſet, monita fuerunt ſingula Collegia, ut expendere velint, an non iſta formula poſſit ſervari, addita hac clauſula, ut ſingulis Provinciis liberum ſit futurum, ſervatis iis omnibus

bus, quæ ad vocationis ſubſtantiam pertinent, in quibuſdam circumſtantiis ſervare ordinem in Provinciis ſuis receptum atque uſitatum.

Seſſione Centeſima LXI.

XVI. May, die Jovis ante meridiem.

Prælecta fuit alia formula de Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ, à D. Præſide concepta, quæ quibuſdam mutatis approbata fuit in hunc modum.

Legitima vocatio eorum qui antehac in Miniſterio non fuerunt verſati, tam in Civitatibus quam in pagis, conſiſtit; Primò in Electione, quæ præmiſſis precibus & jejunio fiet per Preſbyterium & Diaconos, non ſine bona cum Chriſtiano Magiſtratu correſpondentia, qui iſti loco præeſt, & conſciæ Claſſis conſilio, ubi hactenus illud in uſu fuit. Secundò in Examine tum Doctrinæ, tum vitæ; quod inſtituetur à Claſſe præſentibus Synodi Deputatis aut nonnullis ex iiſdem. Tertiò, in approbatione Magiſtratus ac poſtea etiam Eccleſiæ membrorum iſtius loci, cum nomine Miniſtri per ſpatium quatuordecim dierum in Eccleſiâ promulgato, nullum ab Eccleſia impedimentum fuerit prolatum. Poſtremò in publicâ coram Eccleſiâ confirmatione, quæ fiet debitis ſtipulationibus, interrogationibus, admonitionibus, precibus, & impoſitione manuum, quam adhibebit Miniſter, qui hanc confirmationem inſtituit, aut alius aliquis, ſi plures Miniſtri ſint præſentes, ſecundùm Formulam eâ de re conceptam atque uſitatam. Miniſtris autem, qui mittentur ad inſerviendum Eccleſiis ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

cruce, & ad Miniſterium primùm admittuntur, impoſitio manuum in Conventu Claſſicali adhiberi poterit. Art. 4.

Quod ad Miniſtros attinet, qui antehac miniſterio verbi functi ad aliam Eccleſiam vocantur, eorum vocatio ſimili modo fiet, tam in urbibus quàm in pagis, à Preſbyterio, & Diaconis, cum conſilio aut approbatione Claſſis, & cum correſpondentia jam dicta. Atque exhibebunt Preſbyterio vocati Miniſtri proba vitæ & doctrinæ ſuæ teſtimonia Eccleſiaſtica. Poſtquam autem hunc in modum vocati erunt, Magiſtratui illius loci proponentur, atque ipſi Eccleſiæ per ſpatium quatuordecim dierum, ut ſupra, ac deinceps præviis dictis ſtipulationibus & precibus confirmabuntur: Salvô in iis, quæ dicta ſunt, unius cujuſque legitimo Præſentationis, aut alterius alicujus juriſdictionis, jure, quantum quidem illud cum ædificatione uſurpari poterit, ſine Eccleſiæ DEI & Canonum Regiminis Eccleſiaſtici detrimento. Cujus rei ut accuratam curam adhibere, & in Eccleſiarum bonum ut conſtitutiones hac in re neceſſarias concipere velint, ſupremi Magiſtratus & Synodi ſingularum Provinciarum rogantur. Art. 5.

Statutum etiam fuit examina Miniſtrorum verbi divini in Claſſibus non eſſe inſtituenda, niſi præſentibus nonnullis ex Deputatis Synodi: eumque in finem examinis diem à Claſſe maturè illis eſſe ſignificandum.

Prælectus fuit articulus de ſervanda inter Magiſtratus Chriſtianos & Eccleſiarum Miniſtros amica correſpondentia, quem placuit reliquis Regiminis Eccleſiaſtici Canonibus eſſe adjungendum, hunc in modum:

Quem-

Quemadmodum munus Magiſtratus Chriſtiani exigit ſanctum Miniſterium omnibus modis promovere, idemque exemplo ſuo ſubditis commendare, ac Paſtoribus, Senioribus, & Diaconis in omnibus incidentibus difficultatibus auxiliarem manum præbere, & benè conſtitutum Eccleſiæ Ordinem tueri: ita omnes etiam Paſtores, Seniores, & Diaconi tenentur toti Eccleſiæ diligenter & ſincerè inculcare, obedientiam, amorem, & reverentiam, quam omnes illi Magiſtratibus debent; omneſque Eccleſiaſticæ perſonæ in iis exemplo ſuo bono Eccleſiæ præire debent, & reverentia ac correſpondentia debita favorem Magiſtratus erga Eccleſiam excitare ſtudebunt, atque eundem etiam retinere, quò utrimque ſinguli, munere ſuo probè fungendo, ſiniſtræ omni ſuſpicioni ac diffidentiæ occurratur, & amica concordia in Eccleſiæ bonum ſervetur.

Seſſione Centeſima LXII.

Eodem die poſt meridiem.

DE propoſitis poſtremò gravaminibus declarata fuerunt ſingulorum Collegiorum ſuffragia, quibus ſtatutum fuit de ſingulis in hunc modum.

I. Eccleſiæ præter diem Dominicum obſervabunt etiam diem Nativitatis Domini, Paſchatis & Pentecoſtes cum die ſequenti. Et quoniam in pleriſque Belgii urbibus & Provinciis dies Circumciſionis & aſcenſionis Chriſti etiam obſervantur, Paſtores in omnibus illis locis, in quibus hi dies non obſervantur, operam dabunt apud Magiſtratum, ut hac in parte cum reliquis

quis Eccleſiis paritatem ſervent. Art. 67.

In Eccleſiis tantùm canentur CL. Pſalmi Davidis, Decalogus, Oratio Dominica, Symbolum Fidei, & Hymni Mariæ, Zachariæ, Symeonis, Canticum autem, *O God die onſe Vader biſt,&c.* relinquitur in Eccleſiarum libertate, ut eodem utantur vel non utantur, prout viſum fuerit. Reliqua Cantica ab Eccleſiis arcebuntur, & ſi quæ fortè in Eccleſias jam introducta ſint, ea, ratione quàm commodiſſima ex iiſdem eliminabuntur. Art. 69.

Miniſtri verbi divini in adminiſtratione Baptiſmi, tum circa infantes, tum circa adultos utentur formulis inſtitutionis & uſus Baptiſmi, quæ hunc in finem diſtinctè ſunt conſcriptæ. Art. 58.

Adulti per Baptiſmum Eccleſiæ Chriſtianæ inſeruntur, & pro Eccleſiæ membris recipiuntur: ac proinde tenentur etiam cœnæ Dominicæ ſe adjungere; quod ſe facturos eſſe cum baptizantur promittere debent. Art. 59.

2. Baptiſmum ſacrificorum in hiſce Regionibus oberrantium, & Anabaptiſtarum non eſſe temerè iterandum, ſed diligenter inquirendum an formam & ſubſtantialia Baptiſmi retineant; quod ſi ab ipſis fieri comperiatur, baptiſmum nullo modo iterari debere. Idem quoque eſſe ſtatuendum de Baptiſmo, qui adminiſtratur à Miniſtro excommunicato, ſi vocationem ordinariam ab aliquo cœtu habeat. De quibus omnibus Eccleſiæ diligenter inquirent & diſpicient.

3. Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

3. Matrimonia eorum, qui per Baptiſmum Eccleſiæ Chriſtianæ nondum ſunt inſerti, publica & ſolemni in Eccleſiis benedictione non debere inaugurari, antequam baptiſmum receperint.

4. Qua ratione cum Eccleſiis exteris, atque imprimis Gallicanis correſpondentia ſervari poſſit & debeat, communicandum eſſe cum Illuſtriſſimis & Præpotentibus DD. Ordinibus Generalibus.

5. Petendum etiam eſſe ab iiſdem Præpotentibus Dominis, ut Conſtitutio Matrimonialis, in qua de pleriſque difficilioribus caſibus certi aliquid ſtatuatur, quæque per univerſam Fœderatam Belgicam pariter obſervetur, illorum autoritate quam primùm ſanciatur ac promulgetur.

6. Eccleſias omnes ſeriò eſſe monendas ut Canones Regiminis Eccleſiaſtici de diſciplina, tum populi, tum imprimis Cleri, diligenter atque accuratè obſerventur. Cujus rei curam viſitatores Eccleſiarum ante omnia gerant, ne hac in parte Eccleſiæ ſint negligentiores.

Propoſita inſuper fuerunt alia quædam gravamina. 1. De adminiſtratione Baptiſmi extra cœtum Eccleſiæ, puta circa infantes moribundos, ægrotos, & ad ſupplicium damnatos. 2. De conſtituendis annis probationis pro iis, qui ex Papatu ad nos tranſeunt, antequam ad miniſteria Eccleſiarum admittantur. 3. De recte conſtituendis Scholis tum Majoribus, ſeu Univerſitatibus, tum Minoribus, ſeu Trivialibus. 4. De benedictione Matrimoniorum contractorum cum excommunicatis & cum iis, qui planè ab Eccleſia Reformata ſunt alieni. 5. De tollendis Sab-

bathi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

bathi profanationibus. 6. De cura Eccleſiarum Clandeſtinarum ſub cruce. 7. De propagatione Euangelii in India Orientali, aliiſque in locis, ad quæ noſtrates commeare ſolent.

Statutum fuit concipiendam eſſe accuratam Formulam ſubſignationis Confeſſionis, Catechiſmi & Declarationis Synodicæ, qua ſinguli Eccleſiarum Miniſtri conſenſum in doctrina Orthodoxa perſpicuè teſtentur, & effugia nonnullorum, quibus Eccleſiis ſolent imponere, præcaveantur. Item, Formulam quæſtionum interrogandarum cum adultiores ſunt baptizandi, atque hæc Provincia fuit demandata Geldris, Suyd-Hollandis, Zelandis, & Groninganis.

Seſſione Centeſima LXIII.

XVII. May, die Veneris ante meridiem.

Explicata fuerunt ſingulorum Collegiorum ſuffragia & judicia de ſuperioribus gravaminibus, fuitque de iis ſtatutum in hunc modum.

1. Baptiſmum circa infantes moribundos, aut ægrotos non eſſe extra cœtum Eccleſiæ adminiſtrandum, niſi in gravi neceſſitate, conſcio & præſente Preſbyterio: nec circa damnatos ad ſupplicium, niſi ex conſilio Deputatorum Claſſis.

2. Neophytos, Sacrificos, Monachos, & eos omnes, qui ſectam aliquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

aliquam reliquerunt, non eſſe ad Miniſterium admittendos, niſi magnâ cum ſollicitudine ac prudentiâ, poſtquam juſtum aliquod tempus rectè probati fuerint. Art. 9.

3. In Provinciis illis, in quibus erectæ ſunt Univerſitates ſeu Scholæ Majores, rogandi ſunt illarum Provinciarum DD. Ordines, ut in conſtitutione earundem ad ſequentes hoſce Articulos attendere dignentur:

I.

Ut inſpectioni & Gubernationi Academiæ præficiantur viri docti, membra Reformatæ Eccleſiæ, de quibus certò conſtet, quòd addicti ſint doctrinæ ab initio Reformationis apud nos receptæ.

II.

Ut Curatores Academiarum non ſint perpetui, ſed mutentur ſingulis trienniis, aut quadrienniis, quotannis nonnullis in aliorum locum ſuccedentibus.

III.

Ut præter viros Politicos, unus atque alter Eccleſiaſtes huic quoque curæ & inſpectioni præficiatur, quô facultatis Theologicæ accuratior haberi queat ratio.

IV.

Ut ad Profeſſionem Theologicam nemo vocetur, niſi cum

 ſuffragio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

ſuffragio Synodi, ejuſque Deputatorum, quibus liberum erit ex ſingulis Claſſibus aliquos advocare Miniſtros, ut ſuper vocatione hac deliberent, ſi fortè ea in Synodum proximam differri non poſſit. Eandem hanc rationem optandum eſt, obſervari in vocatione Regentis & Sub-regentis Collegii Theologici.

V.

Ut in vocatione Profeſſorum non tantùm in facultate Theologicâ, ſed etiam in aliis, & maximè Linguæ Sanctæ & Græcæ ac Philoſophiæ hoc ſeriò curetur, ne vocentur alii, quàm qui doctrinâ, ingenioque excellunt, & quorum nomen ſit celebre, de quorum pietate, vitæ probitate, non dubitetur; quique antiquæ Reformatæ Doctrinæ firmiter adhæreant, neque unquam juſtam occaſionem dederint ſuſpicionis de impuritate in doctrinâ.

VI.

Ut omnes Profeſſores ſingularum Facultatum & Artium teſtandi conſenſus, in doctrinâ Orthodoxâ, cauſâ, initio ſuæ functionis ſubſcribant Conſenſus formulis, Confeſſioni & Catechiſmo harum Eccleſiarum.

VII.

Ut Profeſſoribus Philoſophiæ & Linguarum non permittatur, vel in lectionibus, vel in diſputationibus tractare materias aut controverſias Theologicas, niſi re communicatâ cum Theologis, & veniâ ab illis impetratâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

VIII.

Ut Profeſſoribus S. S. Theologiæ interdicatur novas proponere ſententias, repugnantes receptæ in Eccleſiâ doctrinæ; neque iis permittatur problematicè ſcrupulos contra receptam doctrinam temerè movere.

I X.

An non ſit conſultum, ut Profeſſores Theologiæ & Regentes Collegiorum Theologicorum in Synodo compareant, ibidemque de doctrinâ ſuâ rationem reddant, & Synodi judicio ſubjiciantur.

X.

Ut Alumni Eccleſiarum crebrò examinentur, cum in Collegiis, tum alibi habitantes: idque præſentibus Synodi Deputatis.

Quod ad Scholas Triviales attinet, rogandos eſſe Illuſtres ac Præpotentes DD. Ordines Generales, ut ex conſilio virorum eruditorum, quibus ratio inſtituendæ juventutis optimè ſit perſpecta, generalis quædam Conſtitutio Scholaſtica concipi & ſtabiliri poſſit, per quam defectus, qui paſſim in Scholis reperiuntur, emendentur, & quoad ejus fieri poteſt, paritas in inſtitutione juventutis, maximè in præceptis Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ obſervetur.

4. Matrimonia contracta cum excommunicatis & illis, qui à Reformatâ Eccleſiâ omninò ſunt alieni, non convenire,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

ut ſolemni benedictione in Eccleſiis Reformatis publicè inaugurentur.

5. Rogandos eſſe Illuſtres ac Præpotentes DD. Ordines Generales, ut novis Conſtitutionibus & regidioribus interdictis multiplices illæ atque invaleſcentes, quotidie, atque ubique in hiſce Provinciis profanationes Sabbathi tollantur ac præcaveantur.

Occaſione Conſtitutionis de profanationibus Sabbathi abolendis, diſceptata fuit Quæſtio de neceſſitate obſervationis diei Dominici, quæ in Zelandicis Eccleſiis ventilari cæpit: rogatique fuerunt Clar$^{mi.}$ DD. Profeſſores, ut cum fratribus Zelandis ſuper hac quæſtione amicam privatim inſtituant collationem, ac ſimul diſpiciant, an non regulæ quædam generales communi conſenſu concipi & conſtitui poſſint, intra quarum limites utraque pars in tractatione hujus quæſtionis, donec in proximâ Synodo Nationali de hac quæſtione pleniùs cognoſcatur, ſeſe contineat.

Statutum fuit cauſam Eccleſiarum Clandeſtinarum quæ in partibus Belgii, Hiſpano ſubditis, ſub cruce gemunt, Illuſtribus ac Præpotentibus Ordinibus Generalibus ſeriò eſſe commendandam, ſi fortè aliquando de induciarum prorogatione, aut de pacis conditionibus agetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima LXIV.

Eodem die poſt meridiem.

REgulæ de obſervatione Sabbathi, ſeu diei Dominici, à DD. Profeſſoribus, cum fratrum Zelandorum conſenſu, conceptæ, prælectæ, atque approbatæ fuerunt hæ ſequentes.

I.

In Quarto legis divinæ præcepto aliquid eſt Ceremoniale, aliquid morale.

II.

Ceremoniale fuit quies diei ſeptimi à creatione, & rigida ejuſdem diei obſervatio populo Judaico peculiariter præſcripta.

III.

Morale verò, quod certus & ſtatus dies cultui DEI ſit deſtinatus, ac tanta quies quanta, ad DEI cultum ſanctamque illius meditationem eſt neceſſaria.

IV.

Abrogatô Sabbathô Judæorum, dies Dominicus à Chriſtianis eſt ſolemniter ſanctificandus.

Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

V.

Hic dies inde ab Apoſtolis in priſcâ Eccleſiâ Catholicâ ſemper fuit obſervatus.

V I.

Idem dies ſic cultui divino eſt conſecrandus, ut in eo ceſſetur ab omnibus operibus ſervilibus, exceptis iis, quæ ſunt Charitatis & præſentis neceſſitatis, & ab hujuſmodi recreationibus, quæ DEI cultum impediunt.

Statutum fuit, ad teſtandum in Orthodoxâ doctrinâ conſenſum, omnes & ſingulos verbi divini Miniſtros debere ſubſcribere Confeſſioni & Catechiſmo harum Eccleſiarum & Canonibus ſeu Declarationibus hujus Synodi: Atque ut perverſa non nullorum effugia in hac ſubſcriptione præcaveantur, ut ſubſcriptioni hæc præmittatur formula, quæ prælecta fuit atque approbata.

NOs infra ſcripti Miniſtri verbi divini ſortiti ſub Claſſe N. declaramus ſincerè & bonâ cum conſcientiâ, coram DEO, hac noſtrâ ſubſignatione, nos corde ſentire ac credere, omnes articulos & ſingula capita doctrinæ, in hac Confeſſione & Catecheſi Reformatarum Eceſiarum Belgicarum comprehenſę, & ſimul etiam Declarationem nonnullorum ejuſdem doctrinę articulorum in Synodo Nationali Anno milleſimo ſexcenteſimo & decimo nono Dordrechti factam, per omnia Verbo DEI conſentire. Qua propter promittimus nos hanc eandem doctrinam diligenter eſſe traditu-ros, & fideliter propugnaturos: neque quidquam adverſùs illam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

illam doctrinam publicè aut privatim, directè aut indirectè docturos eſſe aut ſcripturos: uti quoque nos non tantùm omnes errores huic doctrinæ contrarios, ac nominatim etiam illos, qui in prædictâ Synodo ſunt condemnati, rejicere, ſed etiam eoſdem velle refutare, eiſdem nos opponere, atque omnem dare operam, ut ab Eccleſiis arceantur. Quod ſi verò poſthac fortè eveniat, nos adverſus hanc doctrinam aut conſiderationem aut Sententiam diverſam fovere, promittimus etiam nos eandem nec publicè nec privatim propoſituros, docturos, aut defenſuros, ſive concionibus ſive ſcriptis: Sed nos eandem priùs Preſbyterio, Claſſi, & Synodo manifeſtaturos, ut ibidem examinetur; parati ſemper nos Judicio Preſbyterii, Claſſis aut Synodi ſubjicere volenti animo, ſub pœnâ, ſi contrarium à nobis fiat, ut ipſo facto à muneribus noſtris ſuſpendamur. Sin autem Preſbyterium, Claſſis, aut Synodus aliquando propter graves ſuſpicionum cauſas, ad conſervandam doctrinæ unitatem ac ſinceritatem, poſtulare voluerit à nobis, ut ſententiam noſtram ſuper Articulo aliquo hujus Confeſſionis, Catechiſmi, aut Declarationum Synodicarum, latiùs exponamus promittimus etiam ſimul, nos omni tempore ad præſtandam hanc declarationem promptos paratoſque fore, ſub eâdem, quæ ſupra dicta fuit, pœnâ: ſervatò tamen nobis jure Appellationis, ſi fortè ſententiâ Preſbyterii, Claſſis, aut Synodi gravatos nos exiſtimaverimus: qua appellatione durante, nos ſententiæ & conſtitutioni Synodi Provincialis, acquieſcemus.

Statutum quoque fuit ut Rectores Scholarum & Ludimagiſtri omnes Confeſſioni, Catecheſi, & Declarationibus hiſce Synodicis ad teſtandum quoque in Reformata doctrinâ conſenſum

ſum, ſubſcribant ſub hac formulâ:

Nos infraſcripti Rectores Scholarum & Ludimagiſtri ſub Claſſe N. declaramus ſincerè, bonâ cum conſcientiâ, coram Domino, hac noſtrâ ſubſignatione, nos corde ſentire & credere, omnes Articulos & ſingula capita doctrinæ, quæ in hac Confeſſione & Catecheſi Reformatarum Eccleſiarum Belgicarum continetur, ſimulque etiam Declarationem nonnullorum ejuſdem doctrinæ Articulorum, factam Dordrechti in Synodo Nationali, Annô milleſimô ſexcenteſimô & decimô nonô, in omnibus cum verbo DEI conſentire. Qua propter promittimus nos prædictam doctrinam fideliter eſſe propugnaturos, & juventuti, ſecundùm vocationis noſtræ munus, atque illius capacitatem, diligenter inculcaturos, ſub pœna, ſi contrarium à nobis fiat, ut a munere noſtro Scholaſtico removeamur.

Monendæ erunt Eccleſiæ, cum Paſtores promittunt per ſubſcriptionem Formulæ ſuperioris, ſe paratos ſemper fore ad ſententiam ſuam de fidei dogmatibus, ad petitionem fratrum latiùs exponendam, non ita eſſe intelligendum, ut ad quorumlibet libitum hoc ſemper facere teneantur; ne doctores orthodoxi temerè ſuſpecti reddantur, ſed tum demum, cùm juſtas dederint ſuſpicionum cauſas, de quibus penes conventus Eccleſiaſticos judicium erit.

Seſſione

Seſſione Centeſima LXV.

XVIII. *May, die Saturni ante meridiem.*

PRælecta fuit atque examinata tranſlatio Belgica Declarationis Synodicæ de primo Articulo.

Seſſione Centeſima LXVI.

Eodem die poſt meridiem.

PErrectum fuit in prælectione atque examine verſionis Belgicæ, Canonum Synodicorum de primo Articulo.

Seſſione Centeſima LXVII.

XX. *May, die Lunæ poſt meridiem.*

Prælecta atque examinata fuit tranſlatio Belgica, Canonum Synodicorum de ſecundo Articulo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima LXVIII.

XXI. May, die Martis poſt meridiem.

PRælecta atque examinata fuit verſio Belgica Canonum Synodicorum de Articulis tertio, quarto, & quinto.

Quandoquidem Provinciæ Ultrajectinæ de idoneis Paſtoribus nondum erat proſpectum, rogata fuit Synodus, ut nonnullos ex hoc conventu deputare velit, qui in proxima Synodo Provinciali Eccleſiarum Ultrajectenſium, conſiliô & opera illas juvare poſſint. Ad quam petitionem huic rei deputati ſunt Eilhardus Mênhius, Sebaſtianus Dammannus, Johannes Dibbetius, Jacobus Triglandius, Godefridus Udemannus, & Johannes Bogermannus.

Seſſione Centeſima LXIX.

XXII. May, die Mercurii ante meridiem.

QUia Euerhardus Voſculius, & Joannes Schotlerus, Paſtores Eccleſiæ Campenſis coram hac Synodo accuſati, & aliquoties citati, non comparebant (ob quam contumaciam à munere docendi antehac ſuſpenſi fuerunt) ſtatutum fuit cauſam illorum ex ſcriptis, huic Synodo traditis, eſſe examinandam: Lectiſque hunc in finem accuſationum capitibus, eorumque probationibus præcipuis, judicatum fuit, ipſos à munere docendi omninò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

ninò eſſe removendos; atque hanc Sententiam Ampliſſimo Magiſtratui Campenſi, atque etiam Eccleſiæ & Claſſi Campenſi ſignificandam: rogandumque eſſe Magiſtratum, curam uti velit gerere, ut in eorum locum quam primùm alii idonei, atque orthodoxi Paſtores, legitimè ſubſtituantur, & loco prælectionum, quæ in templo fiunt, conciones publicæ iterum in omnibus templis inſtituantur.

Seſſione Centeſima Lxx.

Eodem die poſt meridiem.

PRælecta atque examinata fuit tranſlatio Belgica Præfationis & Concluſionis Canonum Synodicorum. Et quia in hiſce tranſlationibus quædam ad huc deſiderari videbantur, rogati fuerunt D. Jacobus Rolandus, & D. Antonius Walæus, ut omnes haſce, Canonum tranſlationes Belgicas paulò accuratiùs recognoſcant.

Seſſione Centeſima Lxxi.

XXIII. May, die Jovis ante meridiem.

Editiones Gallicæ & Belgicæ Confeſſionis Eccleſiarum Belgicarum recognitæ, fuerunt prælectæ: Belgica à D. Godefrido

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Udemanno, & Gallica à D. Daniele Colonio: fuitque paſſim ratio recognitionis oſtenſa.

Seſſione Centeſima LXXII.

Eodem die poſt meridiem.

COntinuata fuit prælectio ejuſdem recognitionis, eâque obſoluta, rogati fuerunt ſinguli, ut ſi quid in hac recognitione omiſſum exiſtiment, ad quod ſit attendendum, idipſum indicare velint. D. Præſes monuit ſibi relictas eſſe quaſdam notulas Theologorum Genevenſium ad Confeſſionem noſtram, quarum ratio habita fuit. Relicta etiam ſibi eſſe duo monitoria, unum Theologorum Palatinorum, alteram Theologorum Haſſiacorum, quæ etiam prælecta fuerunt. Qua occaſione quæſitum fuit, an non conſultum eſſet, in Confeſſionis noſtræ Articulo XXII. loco iſtorum verborum *& tot ſanctiſſima ejus opera, quæ pro nobis fecit*, reponere vocem generalem *obedientiâ CHRISTI.* Sed cùm huic mutationi contradiceretur, & jam tempus elapſum eſſet, res dilata fuit in craſtinum, & rogati fratres ut collegialiter reſponderent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima Lxxiii.

XXIV. May, die Veneris ante meridiem.

DEcretum fuit conſentientibus omnium Collegiorum ſuffragiis, in ſententia, Confeſſione Belgica & Gallica expreſſa, omninò eſſe perſiſtendum; neque ullo modo conſultum, ut ulla in verbis Confeſſionis prædictæ mutatio fiat: quam in rem graviſſimæ rationes à multis productæ fuerunt. Ad quorundam tamen poſtulationem viſum fuit ut in eodem Articulo vocibus *pro nobis* explicationis gratiâ addantur voces noſtroque loco.

Poſtquam deinde reliqui ſuas quoque obſervationes protuliſſent, eæque omnes examinatæ eſſent, nonnullis ad huc communi conſenſu mutatis, exemplar utrumque ita correctum in utrâque Lingua, Belgica, & Gallica, approbatum fuit: declaratumque hæc ſola exemplaria in poſterum pro authenticis eſſe habenda; eumque in finem quam primum typis accuratè eſſe deſcribenda & vulganda.

Seſſione Centeſima Lxxiv.

Eodem die poſt meridiem.

PRælecta atque approbata fuerunt Acta præcedentium aliquot ſeſſionum, uſque ad hanc præſentem. Deputati diverſarum

Synodo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Synodorum monuerint, reſtare adhuc nonnulla Eccleſiarum ſuarum gravamina, de quibus optarent ut in hac Synodo etiam decreta fieri poſſint: Sed quia tempus non permittebat, ut de illis omnibus nunc agi poſſit, ſtatutum fuit illa ad proximam Synodum Nationalem eſſe reſervanda: utque Eccleſiis conſtet deputatos officio ſuo ſatis feciſſe, id ipſum in Actis eſſe annotandum.

Quia Paſtores Hornani, qui ad hanc Synodum à Sententiâ Synodi Noort-Hollandicæ appellaverant, & Deputati etiam Synodi Noort-Hollandicæ adveniſſe dicebantur, deliberatum fuit, an cauſa ipſorum in ipſa Synodo, an verò per Deputatos quoſdam eſſet cognoſcenda: Statutumque fuit deputandos eſſe nonnullos ex hac Synodo, qui utramque partem privatim audiant, de cauſa cognoſcant, & ad Synodum referant: fuitque hoc negotium impoſitum D. Doctori Joanni Polyandro, D. Doctori Guilhelmo Stephani, D. Balthaſari Lydio, D. Godefrido Udemanno, & D. Cornelio Hillenio.

Seſſione Centeſima LXXV.

XXV. May, die Saturni ante meridiem.

PRælecta fuit declaratio Johannis Arnoldi Rodingeni Paſtoris Hornani, quâ teſtabatur ſe propter rationes, D. Præſidi indicatas, ab appellatione ſua deſiſtere. D. Præſes etiam monuit Joannem Valeſium Paſtorem Hornanum petiiſſe tempus ſecum deliberandi, an velit appellationem ſuam perſequi. Iſaacus

Wel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Welſingius Paſtor Hornanus comparuit coram Synodo ut appellationem perſequeretur: petiitque ut de cauſa ſua quam primum cognoſci poſſit. Comparuerunt etiam Reverendi viri D. Petrus Plancius, Paſtor Eccleſiæ Amſtelodamenſis, & D. Hermannus Gerardi, Paſtor Eccleſiæ Enchuſanæ, Deputati Synodi Noord-Hollandicæ, qui declarabant ea de cauſa ſe huc advenisse atque hic comparuiſſe, ut nomine Synodi Noord-Hollandicæ rationem hic reddant ſententię ab eadem Synodo contra Paſtores Hornanos latæ, petebantque ut cauſa hæc quam primùm ageretur. Moniti fuerunt Fratres ad hanc cauſam deputati, ut examen hujus cauſæ eveſtigiò in loco ſeceſſus aggrediantur, fuitque illis communi conſilio Adjunctus D. Hermannus Fauckelius Aſſeſſor.

Formula ſecundùm quam Profeſſores S. Theologiæ, Regentes, & Sub-Regentes Collegiorum Theologicorum Confeſſioni, Catechiſmo, & Declarationi Synodicæ ſubſcribere debent, prælecta fuit atque approbata in hunc modum.

NOs infra ſcripti Profeſſores S. Theologiæ in Academiâ N. ſeu in Illuſtri Scholâ N. ſeu nos Regens & Sub-Regens Collegii Theologici N. declaramus ſincerè & bona cum conſcientia, coram DEO hac noſtra ſubſignatione, nos corde ſentire ac credere, omnes Articulos, & ſingula capita doctrinæ in hac Confeſſione & Catecheſi Reformatarum Eccleſiarum Belgicarum comprehenſæ, & ſimul etiam Declarationem nonnullorum ejuſdem doctrinæ Articulorum in Synodo Nationali Anno milleſimo, ſexcenteſimo & decimo nono Dordrechti factam, per omnia verbo DEI conſentire. Qua propter promittimus nos hanc eandem doctrinam deligenter eſſe tradituros, & fideliter propugnaturos:

turos : neque quidquam adverſùs illam doctrinam , publicè aut privatim , directè aut indirectè docturos eſſe aut ſcripturos : uti quoque nos non tantùm omnes errores, huic doctrinæ contrarios , ac nominatim etiam illos , qui in prædicta Synodo ſunt condemnati , rejicere ; Sed etiam eoſdem velle refutare, eiſdem nos opponere , atque omnem dare operam , ut ab Eccleſiis arceantur. Quod ſi verò poſthac fortè eveniat nos adverſus hanc doctrinam aut conſiderationem aut ſententiam diverſam fovere , promittimus etiam nos eandem nec publicè nec privatim propoſituros , docturos , aut defenſuros , ſive concionibus , ſive ſcriptis , ſed nos eandem priùs atque ordine Synodo Provinciali , ſub qua ſortiti ſumus, plenè manifeſtaturos , aut ejuſdem Deputatis : ut ſententia illa in prædicta Synodo plenè examinari queat : parati nos judicio prædictæ Synodi ſemper , ac volenti animo, ſubjicere , ſub pœna , ſi contrarium à nobis fiat , ut à Synodo debitâ cenſurâ notemur. Sin autem Synodus aliquandò propter graves ſuſpicionum cauſas , ad conſervandam Doctrinæ unitatem ac ſinceritatem , à nobis poſtulare voluerit , ut ſententiam noſtram ſuper aliquo hujus Confeſſionis, Catechiſmi , aut Declarationis Synodicæ latiùs exponamus , aut preſſiùs declaremus , promittimus etiam ſimul, nos omni tempore ad præſtandam hanc declarationem promptos paratoſque fore ; ſub eadem , quæ ſupra dicta fuit , pœna : ſalvô tamen jure appellationis , ſi fortè ſententiâ Synodi nos gravatos exiſtimaverimus ; quâ appellatione durante , nos Sententiæ & Conſtitutioni Synodi Provincialis acquieſcemus.

Statutum fuit viſitatores ægrotorum eôdem modô Confeſſioni , Catechiſmo , & Declarationi Synodicæ eſſe ſubſcripturos , quo antehac de Rectoribus & Ludi-magiſtris ſtatutum fuit.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

An & quâ ratione Seniores Eccleſiarum ſint ſubſcripturi, relinquitur ſingularum Claſſium & Synodorum prudentiæ. Prælecta fuit atque approbata Formula Baptiſmum adminiſtrandi circa adultiores, hunc in modum concepta:

Et quamvis Chriſtianorum liberi, etiamſi hæc non intelligant, ex vi fœderis Baptizari debeant, non licet tamen adultiores Baptizare, niſi priùs peccata ſua ſentientes, pænitentiæ ſuæ & fidei in CHRISTUM confeſſionem edant. Hanc enim ob cauſam non tantùm Joannes Baptiſta, prædicans ex DEI mandato *Baptiſmum pænitentiæ in remiſſionem peccatorum, eos qui peccata ſua confitebantur, baptizavit:* Marc. 1. 4, 5. Luc. 3. 3. ſed etiam Dominus noſter JESUS CHRISTUS Apoſtolis ſuis mandavit *omnes gentes docere, eaſque baptizare in nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Matth. 28. 19. Marc. 16. 16. hanc adjungens promiſſionem, *eum, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvum fore.* Quemadmodum etiam (uti patet ex Actis Apoſtolorum, Actor. 2. 38. & 8. 39. & 10. 47, 48. & 16. 14, 15, 31, 32, 33.) Apoſtoli ſequentes hanc regulam, nullos alios adultos, quàm qui pænitentię & fidei ſuę confeſſionem edebant, baptizaverunt. Quapropter etiam hodie non licet ullos alios adultos baptizare, quàm illos, qui myſteria ſacri Baptiſmi ex ſacro-ſancti Euangelii prædicatione, didicerunt atque intelligunt, eorumque ac ſimul etiam fidei ſuæ per oris confeſſionem, rationem reddere norunt.

Compellatio adulti Baptizandi.

 Quando-

Quandoquidem ergo tu N. etiam petis ſacro baptiſmate tingi, ut ſit tibi ſigillum inſitionis tuæ in Eccleſiam DEI, quò conſtet te non tantùm Religionem Chriſtianam amplecti, in qua à nobis privatim es inſtitutus, & cujus coram nobis confeſſionem edidiſti, ſed etiam te vitam tuam ſecundùm eam inſtituere velle per DEI gratiam, coram DEO ejuſque Eccleſia ἀνυποκρίτως reſpondebis.

I. An credas in unum verum DEUM, diſtinctum in tres perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, qui cœlum & terram, atque omnia, quæ iis continentur, ex nihilo creavit, atque etiam nunc ſuſtentat, & gubernat, adeò ut nihil fiat nec in cœlo, nec in terra, ſine divina ipſius voluntate?

Reſp. *Ita.*

II. An Credas te in peccatis conceptum ac natum eſſe: ac proinde filium eſſe iræ, naturâ tuâ ad bonum minimè idoneum, & proclivem ad omne malum? Teque cogitationibus, verbis, atque operibus mandata Domini ſæpius eſſe tranſgreſſum? Et an non hæc peccata tua ex animo tibi doleant?

Reſp. *Ita.*

III. An non credas JESUM CHRISTUM, qui ſimul verus & æternus DEUS eſt, & verus homo, qui naturam ſuam humanam ex carne & ſanguine virginis Mariæ ſuſcepit, tibi in ſervatorem à DEO eſſe donatum: teque per hanc fidem accipere remiſſionem peccatorum in ipſius ſanguine: & virtute Spiritus Sancti factum eſſe membrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

brum JESU CHRISTI, atque ipſius Eccleſiæ?

Reſp. *Ita.*

IV. An porrò omnes Articulos Religionis Chriſtianæ, uti hîc in Eccleſiâ Chriſtianâ ex verbo DEI docentur, approbes, & an in eâdem doctrinâ propoſueris conſtanter perſeverare, uſque ad finem vitæ, ſimulque abneges omnes hæreſes & errores cum hac doctrinâ pugnantes: & promittas te in communione hujus Eccleſiæ Chriſtianæ, non tantùm in auditu verbi divini, ſed etiam in uſu S. Cœnæ perſtiturum?

Reſp. *Ita.*

V. An ex corde propoſueris te ſemper Chriſtianè verſaturum, mundumque cum pravis ipſius cupiditatibus, abnegaturum, uti membra CHRISTI ejuſque Eccleſiæ decet. Atque an omnibus Chriſtianis admonitionibus libenter te velis ſubjicere?

Reſp. *Ita.*

DEUS Opt. Max. huic ſancto propoſito tuo gratiam & benedictionem ſuam divinam clementer largiatur per Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM. Amen.

An & quâ ratione Baptiſmus, in neceſſitatis, quem vocant, caſu, privatim adminiſtrari debeat, relinquitur Preſbyteriorum & Claſſium prudentiæ & libertati.

Seſſione Centeſima Lxxvi.

XXVII. May, die Lunæ ante meridiem.

Qui in cauſa Iſaaci Welſingii, Deputati fuerant, ad Synodum de eâdem retulerunt, ſimulque conſilium ſuum expoſuerunt, quid judicarent in hac cauſa ſtatui debere. Prælecta etiam fuit ſententia Deputatorum Synodi Noord-Hollandicæ, in quâ præcipua accuſationum capita continebantur: & ſimul etiam Iſaaci Welſingii ad eaſdem reſponſiones: auditis denique Synodi Noord-Hollandicæ Deputatis D. Petro Plancio, & D. Hermanno Gerardi; totâque re accuratè expenſâ, judicatum fuit, ſententiam Deputatorum Synodi Noord-Hollandicæ, contra Welſingium latam, juſtis ſubnixam eſſe rationibus: monendam tamen eſſe Synodum Noord-Hollandicam, ut, poſtquam Orthodoxiam dicti Welſingii penitiùs exploraverit, cum per ipſius confeſſionem, tum per ſubſignationem Confeſſionis, Catecheſeos,& Declarationis hujus Synodi, allaboret, ut cum Magiſtratu & Eccleſiâ Hornenſi reconciliari, & Miniſterio Eccleſiaſtico reſtitui poſſit eo in loco, in quo exiſtimabitur utiliſſimè, & cum ædificatione ac fructu verſaturus: utque curam gerat, ut interim illi de ſtipendio debitè proſpiciatur.

D. Aſſeſſor Hermannus Fauckelius ſignificavit, Joannem Valeſium,ipſi indicaſſe,ſtatutum ſibi eſſe, Appellationem ſuam non perſequi, ſed petere ut cauſa ipſius Synodo Noord-Hollandicæ commendetur. Moniti fuerunt Noord-Hollandi, ut cum illis, qui formulis conſenſus, & declarationibus hujus Synodi ſubſcribere, & cum Eccleſiis noſtris pacem atque unitatem colere volent,quàm benigniſſimè agant, quantum quidem veritatis atque ædificationis ratio permittere queat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima LXXVII.

Eodem die poſt meridiem.

Sententia Synodi, in cauſa Welſingii lata, prælecta fuit Deputatis Synodi Noord-Hollandicę & ipſi Welſingio, qui cùm ejuſdem apographa peterent, conceſſa eadem illis fuerunt. Deputati pro hoc judicio, Synodo gratias agebant. Welſingius declarabat ſe aliam ſententiam ab hac Synodo expectaſſe; ſed quoniam ita Synodo viſum fuiſſet, velle ſe huic judicio acquieſcere, omniaque illa ſincerè præſtare, quæcunque ab ipſo in bonum Eccleſię, bonâ conſcientiâ præſtari poterunt.

Indicatum fuit, duas illas minores Catecheſes, quibus Eccleſię utuntur præter Catecheſin majorem, in tenerę juventutis informatione, eſſe jam paratas & conſcriptas ab iis, qui ad hanc rem à Synodo deputati fuerant. Minima fuit prælecta, atque approbata, eà lege, ut quædam ad huc illi ex majori Catecheſi addantur. Alteram, quę erat major, judicavit D. Præſes non eſſe prælegendam, quia prolixior videbatur, ſtatutumque fuit Eccleſias aut hac uti poſſe aut alia illâ, quæ ab Eccleſiâ Middelburgenſi conſcripta atque edita eſt.

Deputati ſunt à Synodo D. Joannes Bogermannus, Synodi hujus Præſes, D. Hermannus Fauckelius Aſſeſſor, & D. Feſtus Hommius Scriba, quibus & Clariſſimis DD. Profeſſoribus adjunctus fuit D. Doctor Joannes Polyander, ut nomine hujus Synodi Illuſtriſſimis & Præpotentibus DD. Ordinibus Generalibus Fœderatarum Provinciarum debitas agant gratias pro beneficiis, Ec-

cleſii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

cleſiis noſtris præſtitis; cùm in earundem tam clementi protectione, tum etiam pro Synodi hujus convocatione: ſimulque ab Illuſtriſſ. ipſorum Dominationibus obnixè petant, ut Decreta hujus Synodi, ἐπικρίσει, atque approbatione ſuâ conſtabilire, atque authoritate ſuâ executioni mandare dignentur.

Injunctum quoque fuit iiſdem Deputatis, ut per ſequentem libellum ſupplicem iiſdem Illuſtriſſimis Dominis exhibeant gravamina Eccleſiarum, quæ ad Illuſtriſſ. ipſarum Dominationum diſpoſitionem in hac Synodo ſunt reſervata; rogentque unicè Illuſtriſſ. DD. ipſorum ut de iiſdem in bonum Eccleſiæ quam primùm diſponi poſſit. Libellus ſupplex ſic ſe habebat ex Belgico tranſlatus.

Illuſtriſſimis, Præpotentibus ac Prudentiſſimis Dominis, Dominis Ordinibus Generalibus liberarum & Fœderatarum Belgii Provinciarum Dominis noſtris in nos imperii jus obtinentibus.

Significat convenienti reverentia & debita obedientia Synodus Nationalis Eccleſiarum Reformatarum in Belgio Fœderato per Illuſtriſſ. Dominationum Veſtrarum convocationem congregata in urbe Dordrechto, eam juxta optima Illuſtr. DD. Veſtrarum præſcripta, & uſum in omnibus Synodis Nationalibus ſervatum, in timore Domini rationem habuiſſe, tum generatim Doctrinæ & Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Regiminis harum Eccleſiarum, tum etiam ſpeciatim gravaminum, ab Eccleſiis harum Provinciarum ad hanc Synodum tranſmiſſorum, & circa illa feciſſe ea decreta Eccleſiaſtica, quæ per Acta hujus Synodi, Illuſtriſſ. DD. Veſtris propediem exhibenda, ſignificabuntur.

I. Quandoquidem autem hæc Synodi decreta in Eccleſiis harum Provinciarum non poſſunt, uti neque debent, executioni mandari ut obſerventur, ſine placito, approbatione, atque ἐπικρίσει, Illuſtriſſ. DD. Veſtrarum, ſupremi Magiſtratus noſtri harum Provinciarum, Synodus hæc cum omni ſubjectione rogat. ac petit, ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat Acta hujus Synodi, poſtquam ea perſpexerint atque examinaverint, Chriſtianâ ſuâ approbatione atque ἐπικρίσει conſtabilire, atque autoritate ſuâ ad pacem atque ædificationem Eccleſiarum harum regionum, ubique, ut obſerventur, mandare.

II. Imprimis quoniam Doctrina harum Eccleſiarum comprehenſa & declarata in Confeſſione harum Eccleſiarum & Catecheſi Heydelbergenſi, quæ ab hiſce Eccleſiis eſt recepta, ſecundùm Illuſtriſſ. DD. VV. expreſſum mandatum, in dictâ Synodo ſecundùm DEI verbum de novo maturè examinata, conſentientibus tam exterorum Theologorum ab Illuſtriſſ. DD. VV. ad hanc Synodum evocatorum, quàm Deputatorum Eccleſiarum Belgicarum ſuffragiis judicata eſt, cum verbo Divino, & Confeſſionibus omnium aliarum Eccleſiarum Reformatarum optimè conſentire, uti ex annexâ declaratione patere poteſt: Rogat & ſupplicat dicta Synodus omni cum ſubjectione, ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat dictam hanc doctrinam porrò in Eccleſiis harum Regionum magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

magis magiſque tueri, confirmare, ſtabilire, ac defendere: uti quoque pleniorem ejuſdem declarationem ex mandato Illuſtriſſ. DD. Veſtrarum ſecundùm DEI verbum in hac Synodo factam & decretam ſuper quinque illis controverſis Articulis, cum rejectione errorum, qui à nonnullis in hiſce Regionibus adverſùs ſanam doctrinam propugnantur.

III. Præterea ut Illuſtriſſ. DD. Veſtris placeat approbare, & Eccleſiis mandare, ut Canones Regiminis Eccleſiaſtici, prout iidem in hac Synodo examinati, & in nonnullis Articulis ad majorem pacem atque ædificationem aucti ſunt, ubique in Eccleſiis harum regionum, quoad ejus fieri poteſt, unanimiter obſerventur.

IV. Quia autem hæc Synodus neceſſarium etiam judicavit, ut Eccleſiæ Belgicæ ad exemplum omnium Eccleſiarum Reformatarum aliarum nationum & Linguarum, etiam habeant accuratam ac fidelem Tranſlationem Veteris, & Novi Teſtamenti in linguâ Belgicâ ex linguis originalibus expreſſam: uti ſæpius ante hac in præcedentibus Synodis Nationalibus decretum fuit: ac proinde opus hoc ex Illuſtriſſ. DD. VV. voluntate, nobiliſſimo viro D. Philippo Marnixio Sanct: Aldegondio P.M. & poſt ipſum D. Warnero Helmichio P.M. & Arnoldo Cornelii P. M. impoſitum atque ab iiſdem inchoatum ſit, Synodus deputavit, (modo Illuſtriſſ. DD. VV. placeat) ternos Eccleſiarum Miniſtros ad tranſlationem Veteris Teſtamenti, & ternos alios ad tranſlationem Novi Teſtamenti & librorum Apocryphorum, qui ut in opere hoc tanto maturiùs progrediantur, idque tantò citiùs abſolvant, interim eſſent vacaturi ab omnibus Eccleſiaſticis Miniſteriis aliis, & in uno eodemque loco conventuri ac ſimul operas

com-

communicaturi. Ac quoniam ad opus tale, ſecundùm hanc conſtitutionem, ingentes ſumptus faciendi erunt, petit etiam Synodus, ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat hanc Synodi conſtitutionem approbare, eique operi deſtinare ejuſmodi pecuniæ ſummam, quæ ferendis hiſce ſumptibus neceſſaria erit: atque inſuper etiam ad illas Eccleſias, quibus miniſtri, ad hanc tranſlationem deputati, inſerviunt, literas dare, ut ne Eccleſię illæ ſe difficiles præbeant in permittendo ut tamdiu à miniſteriis ſuis vacare queant.

V. Cumque Illuſtriſſ. DD. VV. optimè ſit perſpectum, quantum interſit Eccleſiarum harum Regionum, ut Scholæ tum majores, tum Minores, ſeu Triviales, rectè ſint conſtitutæ: atque ipſa nos docuerit experientia quàm magna in Eccleſiis & Politia harum Regionum extiterint incommoda ex eo, quòd iiſdem Scholis non fuerit benè proſpectum: ut etiam ab Illuſtriſſ. DD. Veſtris in hoc negotio tales leges conſtituantur, quibus abuſus omnes tolli ac præcaveri, & fructus debiti ex iis meliùs haberi queant.

VI. Quem in finem, quod ad Univerſitates & Illuſtres Scholas attinet, Synodus etiam ſubmiſsè petit; ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat advertere ad Articulos, ſuperiori annô à Synodo Suyd-Hollandica Illuſtriſſ. DD. Ordinibus Hollandiæ & Weſt Friſiæ eundem in finem exhibitos, qui hîc adjuncti ſunt, eoſdemque Illuſtriſſ. DD. Ordinibus ſingularum Provinciarum, in quibus ſunt Univerſitates aut Scholæ Illuſtres, eum in finem commendare.

VII. Quod verò ad triviales Scholas attinet, Synodus

etiam ſubmiſsè admodum petit, ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat decernere, ut ex conſilio virorum doctorum, qui optimè intelligunt ea, quæ ad juventutis inſtitutionem ſpectant, generalis aliqua Conſtitutio Scholaſtica concipiatur ac ſtabiliatur, per quam defectus, qui paſſim in Scholis reperiuntur, corrigi queant, & quantum fieri poteſt, uniformitas in juventutis inſtitutione, maximè in præceptis Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ obſervari poſſit.

VIII. Quia deprehendimus quotidie abuſus in negotio Matrimonii magis magiſque creſcere, atque in hoc negotio in Eccleſiis harum regionum quotidie multas difficultates obvenire, neque in eo ſervari ordinem uniformem, placeat quoque Illuſtriſſ. DD. VV. ut, adhibitô Theologorum conſiliô, generalis aliqua Conſtitutio Matrimonialis ab Illuſtriſſ. DD. VV. ſtabiliatur, quæ ab omnibus Eccleſiis harum Unitarum Provinciarum, quoad ejus fieri poteſt, pari modô obſervetur.

IX. Uti quoque præter laudabiles Illuſtriſſ. DD. VV. Leges & Conſtitutiones adverſùs eos, qui quoſlibet libros imprimunt ac divendunt, penitior aliqua Conſtitutio ſtabiliatur, tam ſuper viſitatione Librorum, qui imprimentur, quàm ſuper toto typographiæ negotio: ut hac ratione præcaveri poſſit divulgatio quorumlibet pernitioſorum atque abſurdorum librorum, quibus hæ regiones jam aliquot ab hinc annis, maximo cum Eccleſiarum damno, atque ingenti perturbatione repletę fuerunt.

X. Quandoquidem verò omnes veri Chriſtiani per charitatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

tem, quam habere debent erga ſalutem proximi, & per zelum propagandi gloriam DEI inter homines obſtricti ſunt, omnia adhibere media, quæ huic fini ſerviunt: Deuſque nobis in hiſce regionibus viam aperuerit ad diverſas longinquas regiones in Indiis atque alibi, quæ à veri DEI cognitione ſunt planè deſtitutæ, dicta Synodus etiam humiliter petit, ut Illuſtriſſ. DD. VV. placeat Chriſtianô zelô hanc rem ſanctam ad animum revocare, & feriò ei incumbere: eumque in finem ejuſmodi media ordinare ac procurare, quæ ad propagationem Sancti Euangelii in iſtis regionibus utilia & maximè idonea erunt.

XI. Ut Illuſtriſſ. DD. VV. etiam placeat rationem benignè habere piorum Chriſtianorum, atque Eccleſiarum, quæ in vicinis Belgii ſubjugati Provinciis ſub Cruce gemunt, ut ad ipſarum miniſterium & confirmationem in verâ Religione Chriſtianâ, etiam media quædam inveniantur atque uſurpentur. Utque hunc in finem Illuſtriſſ. DD. VV. placeat ſingulas Provincias permovere, ut ad miniſterium earundem Eccleſiarum idoneæ quædam perſonæ ſuſtententur: quemadmodum Illuſtriſſ. DD. Ordines Hollandiæ & Weſt-Friſiæ, itemque DD. Ordines Zelandiæ jam dudum duos verbi divini Miniſtros ad earundem miniſterium ſuſtentarunt atque etiam nunc ſuſtentant.

XII. Ut ſuô quoque tempore aliquando ratio habeatur ſacrificorum, qui adhuc funguntur publico miniſterio in limitibus Fœderatarum Provinciarum, imprimis ſub Baronatu Bredæ & Marquiſatu Bergæ ad Zomam: quô tandem & illi à publicis Miniſteriis arceantur, & illorum loco Reformati Paſtores reſtituantur; uti in aliis locis ab

Illuſtriſſ. DD. VV. factum eſſe videmus.

XIII. Itidem ut ſuper excutione Legum & Conſtitutionum veſtrarum adverſus ſubreptiones & circumcurſitationes ſacrificorum Pontificiorum ac Jeſuitarum, paſſim per haſce Regiones, quibus multæ ſimpliciores animæ ſeducuntur, atque adverſus exercitia Pontificiæ Idololatriæ ac ſuperſtitionis, ſtrictiores leges conſtituantur: Quando-quidem deprehendimus hoſce abuſus quotidie magis magiſque ingraveſcere. Utque ſimul etiam ratio habeatur Blaſphemiarum Judæorum apud nos habitantium: atque etiam eorum, qui ab ipſis ſeducti, à Chriſtianâ Religione ad judaiſmum defecerunt.

XIV. Ut graviſſimæ illæ multipliceſque Sabbathi profanationes, quæ fiunt quotidie per nundinas, encœnia convivia communitatum, vigilum, viciniarum, nuptiarum, per exercitia armorum, per venationes, piſcationes, aucupia, luſum pilæ, per hiſtrionicas comædiarum actiones, per tripudia, auctiones bonorum, compotationes, & per minus neceſſaria quælibet opera ſervilia; ſimileſque aliæ quampluri mæ, quæ in hiſce Regionibus magno cum ſcandalo & Reformatæ Religionis dedecore, magnoque cum cultus divini impedimento paſſim accreſcunt, ſtrictè admodum prohibeantur atque impediantnr

XV. Utque abuſus illi graves & multiplices, quibus homines à verâ pietate, ad mundi hujus vanitates & ἀσελγείας, abducuntur, quales ſunt celebrationes Bacchanaliorum, hiſtrionicæ Comædiarum actiones, tam eorum, qui ſe Rhetori-

cos

cos vocant, quam oberrantium hiſtrionum, ſcenici & mimici ludi, compotationes, Gymnaſia ſaltatoria, multaque alia ſimilia in hiſce regionibus prohibeantur atque aboleantur. Atque imprimis ut adverſùs horrendas illas execrationes & dejerationes, quæ quotidie audiuntur, maximâ cum ſanctiſſimi nominis divini profanatione, pœna aliqua politica conſtituatur.

XVI. Et quoniam comperimus nonnullis in locis ejuſmodi uſurpari Juramentorum Formulas, quæ à Pontificia Idololatria non ſunt immunes, ut ubique uniformis juramenti formula obſervari poſſit, atque ejuſmodi abuſus tolli.

XVII. Denique quia in multis Provinciis ſtipendia miniſtrorum verbi divini & ſubſidia eorundem viduarum, admodum ſunt tenuia, cum tamen iiſdem in locis bonorum Eccleſiaſticorum ſatis ſit, petit etiam dicta Synodus, ut Illuſtriſſ. DD. Veſtris placeat negotium hoc ſingulis Provinciis benignè commendare, eum in finem, ut neceſſitati Miniſtrorum, prout honor Miniſterii requirit, debitè proſpiciatur.

Quia D. Sebaſtianus Dammannus Scriba occupatus in Actis Synodi ex Diario hujus Synodi à Scriba Feſto Hommio conſcripto, & ex traditis judiciis, contrahendis; ante Synodi dimiſſionem propter varias intercurrentes occupationes opus hoc abſolvere non poterit, ſtatutum fuit ex ſingulis Collegiis ſingulos eſſe deputandos, qui abſolutô hôc opere à D. Dammanno convocabuntur, atque acta hæc contractiora examinabunt, & nomine Synodi approbabunt.

Seſſione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Seſſione Centeſima LXXVIII.

XXVIII. May, die Martis ante meridiem.

Ad reviſionem atque examen Actorum Synodi à D. Dammanno Scriba contractorum ſunt deputati ex clariſſimis DD. Profeſſoribus D. Doctor Joannes Polyander, ex Geldriâ Elhardus Mênhius, ex Suyd-Hollandia Balthaſar Lydius, ex Noord-Hollandia Jacobus Rolandus, ex Zelandia Cornelius Regius, ex ditione Ultrajectina Joannes Dibbetius, ex Friſia Joannes Bogermannus, ex Tranſiſulania Hieronymus Vogelius, ex Groningenſi Provincia & Omlandiis Cornelius Hillenius, aut ſi ille fortè abſuerit, ejus loco Wigboldus Homerus: & ex Eccleſiis Gallo-Belgicis Daniel Colonius.

Claſſis Dordrechtana, ut Claſſis Synodalis, curam geret, ut convocatio proximæ Synodi Nationalis ſuo tempore maturè procuretur atque inſtituatur: eaque omnia porrò agat, quæ hactenus ab Eccleſia Nationali curari conſueverunt.

Statutum fuit in convocatione proximæ Synodi Nationalis rogandos eſſe Illuſtriſſ. & Præpotentes Ordines Generales, ut ad eam quoque invitentur Eccleſiæ Belgicæ, utriuſque idiomatis Belgici & Gallici per Germaniam & Magnam Britanniam diſperſæ, tanquam membra Synodi Nationalis Belgicæ, pro quibus, uti olim, ſic etiamnum ab hac Synodo agnoſcuntur.

Ut ea, quæ nomine hujus Synodi Eccleſiarum Belgicarum prædicto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

dicto libello ſupplice contenta, apud Illuſtriſſ. ac Præpotentes Ordines Generales urgenda & petenda erunt, diligentur procurentur, Deputati ſunt eum in finem ab hac Synodo. D. Doctor Joannes Polyander, Feſtus Hommius, Henricus Arnoldi, & Henricus Roſæus, qui in proxima Synodo Nationali de iis, quæ ab ipſis acta fuerunt; referent ac rationem reddent.

Liturgia Belgica, quâ preces publicæ & Formulæ continentur adminiſtrandorum Sacramentorum, exercendæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, Confirmationis Miniſtrorum Eccleſiæ, Preſbyterorum, & Diaconorum, & Benedictionis Matrimonii, à Reviſoribus Actorum Synodi contractorum, aut à Scribis Synodi recognoſcetur, & recognita reliquis ſcriptis publicis adjungetur.

Propoſitum fuit, Clariſſ. virum D. Thomam Erpenium Linguarum Orientalium in Academiâ Leydenſi Profeſſorem meditari inſigne opus in Novum Teſtamentum cum titulo Tabernaculi Domini noſtri JESU CHRISTI & deliberatum fuit, an non opus hoc nomine hujus Synodi Illuſtriſſ. DD. Ordinibus Generalibus ſit commendandum: & re expenſâ, ſtatutum fuit, expectandum eſſe priùs ſpecimen ejus operis, quod promittit, ut, eô viſô & Synodis Provincialibus exhibitô, poſtea Eccleſiæ de operis commendatione diſpiciant.

Statutum etiam fuit, Synodum hanc eſſe ſolemniter finiendam cum publica gratiarum actione ad DEUM, quam præſente populo & totâ Synodo reverendus vir D. Baltaſar Lydius Paſtor hujus Eccleſiæ inſtituet, habitâ publicâ concione in templo majori.

R. D. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

R. D. Præſes Synodi cum ejuſdem Aſſeſſoribus deputati ſunt, ut ſolutâ Synodo Ampliſſimo hujus Urbis Dordrechtanæ Magiſtratui communi Synodi nomine gratias agant pro ſingulari erga hanc Synodum præſtita humanitate ac benevolentia.

Seſſione Centeſima LXXIX.

Eodem die poſt meridiem.

Prælecta fuerunt atque approbata Acta ſuperiorum ſeſſionum a XXII May uſque ad hanc præſentem.

Seſſione Centeſima octogeſima & ultima.

XXIX. May, die Mercurii ante meridiem.

Abſolutis atque ad finem per DEI gratiam perductis actionibus Synodicis, Illuſtres DD. Delegati, atque omnes Eccleſiarum Belgicarum Deputati convenerunt in locum Conſeſſus, & dictis ibidem brevibus precibus ſimul omnes ordine iverunt ad ſummum templum, præeuntibus Illuſtribus DD. Delegatis & concomitante ex Curia Ampliſſimo hujus Urbis Magiſtratu, ubi Reverendus Vir D. Baltaſar Lydius hujus Eccleſiæ Paſtor, in magna populi frequentia concionem habuit ex Eſai. cap. XII. verſ. I, 2, 3.

1, 2, 3. in qua, explicatô harum Eccleſiarum ſuperioribus annis triſtiſſimo ſtatu, & ſingularibus atque admirandis DEI beneficiis jam pridem iiſdem præſtitis, ſeriò multiſque ad debitam gratitudinem omnes cohortatus, DEO Opt. Max. ſolemnes publicè gratias egit, cùm pro omnibus hiſce beneficiis, Eccleſiis Belgicis præſtitis, tum etiam ſpeciatim, pro ſingulari benedictione, qua Synodi hujus actiones proſecutus fuit, eaſque ad exitum optatum perduxit: & ſimul etiam ſeriam adjunxit ſupplicationem ad DEUM, ut quæcunque ab hac Synodo ad Eccleſiæ bonum nunc decreta ſunt, ea feliciter executioni mandari queant. A templo omnes eodem ordine reverſi ſunt in locum conſeſſus. D. Præſes atque Aſſeſſores Ampliſſimo hujus Civitatis Magiſtratui, in Curiam reverſo, totius Synodi nomine gratias egerunt, pro ſingulari pietate, humanitate & munificentia, qua omnes Eccleſias Belgicas atque hanc imprimis Synodum earum benigniſſimè affecerunt. Poſtquam in locum conſeſſus omnes eſſent reverſi conceptis iterum à D. Præſide brevibus precibus, Nobliſſimus Dominus Hugo Muſius ab Holi nomine Illuſtriſſ. DD. Deputatorum Politicorum Synodum compellavit; eique nomine Illuſtriſſ. ac Præpotentum DD. Ordinum Generalium gratias egit pro diligentia ac fidelitate in aſſerenda Religionis Reformatæ veritate ab erroribus, quibus aliquandiu oppugnata fuit: Declaravitque hunc Synodi laborem Illuſtriſſ. & Præpotent. DD. Ordinibus Generalibus eſſe quam gratiſſimum: ac juſſit Eccleſias omnes planè confidere, Illuſtriſſ. ac Præpotentes DD. Ordines Generales nihil omiſſuros eſſe eorum, quæ ad conſervationem ac propagationem Religionis Reformatæ, & pacem atque ædificationem Eccleſiarum ſpectabunt: atque Illuſtriſſ. ipſorum Amplitudines cauſam Religionis Reformatæ ſemper ſibi commendatiſſimam habituras: & ſimul cohortatus eſt omnes ac ſingulos, ut veritatem orthodoxam in fraternâ charitate, pace & concordiâ mutuâ porrò unanimiter conſervare ac promovere velint, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ædificationem ac tranquillitatem. Reverendus D.

Præſes

Præſes prædicta multis gratia & benedictione DEI, quâ totam hanc Synodum clementiſſimè proſecutus fuit, præſertim quòd in rebus tam arduis atque abſtruſis, tam admirabilem inter omnes, tam exteros, quàm Provinciales, conſenſum per Spiritus ſui Sancti gratiam eſſet largitus, communi totius Synodi nomine gratias egit Illuſtr. DD. Delegatis, quòd tam prudenter, diligenter, atque indefeſſè actiones hujus Synodi eſſent moderati; eamque tam ſalutaribus conſiliis ſæpiſſimè juviſſent: Petiitque ut ſi quid fortè humani in Synodo cuiquam accidiſſet, in æquiorem idipſum partem acciperent, & humanæ condonarent infirmitati. Illuſtres DD. Delegati per Nobliſſ. D. Muſium reſpondebant, ſibi in hac Synodo eſſe abundè ſatisfactum, ſeque de gratia huic Synodo à DEO collata atque imprimis de ſummo in Doctrina Orthodoxa conſenſu magnoperè lætari. Converſus deinde D. Præſes ad fratres Synodicos, Omnibus & ſingulis gratias egit pro laboribus & Conſiliis, quibus hanc Synodum juverunt, ſeque excuſavit, quod variis obrutus laboribus, non potuerit omnia præſtare, quæ voluit aut Synodus fortè deſideraverit: & ſimul petiit ut operam hanc ſuam bona conſcientia Synodo huic navatam ſibi gratam habere velint: omnia denique officia, quæcunque ab ipſo proficiſci poſſint, omnibus & ſingulis prolixè obtulit, DEUMque rogavit ut omnibus Synodicis hanc gratiam faciat, ut tandem aliquando in cœleſti illa Synodo conveniant, ibique unanimiter omnes DEUM in æternum celebrent. Ad hæc Nobiliſſimus D. Muſius reſpondit, Illuſtriſſ. DD. Delegatis in hac Synodo abundè eſſe ſatisfactum, Ipſoſque reverendo D. Præſidi, Aſſeſſoribus, Scribis, atque omnibus denique Synodi membris gratias habere pro officiis & laboribus in hac Synodo Eccleſiis Belgicis præſtitis. Reliqui omnes Synodici idem per collegia declarabant ac teſtabantur, ſimulque Illuſtribus DD. Delegatis etiam gratias agebant pro ſummis in hanc Synodum collatis beneficiis, ſuam ipſorum Illuſtr. Ampl. gratitudinem prolixè

ſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

ſpondentes, & benedictionem divinam iiſdem comprecantes. Atque ita, actis ſolemniter DEO gratiis per D. Præſidem, factaque mutua, amicaque conſalutatione & porrectis κοινωνίας dexteris, cum multa concordiæ & charitatis fraternæ teſtificatione, conventus in nomine domini Dimiſſus ac ſolutus fuit.

In fidem Actorum ſubſcripſimus

Sebaſtianus Damman, *Synodi Scriba*.

Feſtus Hommius, *Synodi Scriba*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
443 E 64